**Etienne-Henri**

\+ 1102

Avec Etienne-Henri, fils aîné de Thibaud $1^{er}$ et de Gersent du Mans, le découpage de la principauté thibaudienne rompt avec le passé. Pour la première fois le comté de Meaux, séparé de celui de Troyes, suit le sort de Provins (Montereau, Saint-Florentin) et des pays d'entre Marne et Aisne (Château-Thierry, Oulchy, Châtillon-sur-Marne, Fismes ...) traditionnellement rattachés à Chartres et à Blois. Etienne-Henri demeure le seigneur de ses demi-frères Eudes IV et Hugues, nés d'Adèle de Valois. En 1099, peu avant son second départ pour la Terre sainte, il cède à Cluny tous ses droits sur Saint-Germain d'Auxerre.

ETHa

1081 . - [Troyes].

Philippe, évêque de Troyes, donne au prieuré de la Charité-sur-Loire, l'église de Sézanne que lui ont remise le comte Henri surnommé Etienne et Hugues Bardoul. Les moines, détenteurs du fief presbytéral, choisiront les desservants qui recevront le quart des offrandes et la totalité des droits afférents aux baptêmes et aux visites de malades. Si la population augmente et s'il faut construire dans la paroisse de nouvelles églises, celles-ci resteront chapelles de l'église baptismale de Saint-Julien.

a. N. Camuzat, Promptuarium sacrarum antiquitatum Tricassinae diocesis, 1610, fol. 373 r.v.

IND.
A. Millard, Histoire de Sézanne, 1897, p. 54 (traduction).
M. Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p. 316.

a

Quoniam de rebus ambiguis saepe jurgium oriri solet, remota omni dubietate sciant omnes tam presentes quam subsequentes quod, interveniente charitate, ego Philippus Trecensis ecclesiae episcopus in capitulo ejusdem ecclesiae, praesente ac laudante clero meo, Sezaniensem ecclesiam, a comite Henrico cognominato Stephano et Hugone Bardulpho in manu mea redditam et dimissam, ipsius venerabilis comitis precibus sanctae Mariae de Charitate et congregationi ibidem degenti de caetero donavi et in perpetuum possidendam scripto [...] et sigillo meo corroboravi. Addidi

etiam ut monachis praefatae ecclesiae residentibus et commorantibus liceat presbyteros eligere et mihi et successoribus meis presentare, qui ab eis curam animarum suscipiant et feodum presbyterorum et beneficia possidere. Ipsi tamen presbyteri habebunt tantum de denariis ad manum suam oblatis et de concessionibus et de tricenariis quartam partem et baptisterium totum et visitationes infirmorum et, si quis moriens aliquid eis dimiserit, usque ad duodecim nummos habebunt. Si autem amplius fuerint, inde quartam partem recipient. Quod si villa crescente et in eadem populo Dei multiplicato infra terminos parrochiae plures oportuerit edificari ecclesias, statuo ut tamquam capellae baptismali ecclesiae Sancti Juliani subjiciantur et nihilominus ad jus et dominium pertineant monachorum. Huic donationi et confirmationi interfuerunt Gaubertus archidiaconus, Petrus archidiaconus, Burcardus, Vuido archidiaconus, Odo cantor, Hugo decanus, Humbertus capellanus, Constantius thesaurarius, Hugo de Viaspero. Hanc cartam scripsit Joscelinus archidiaconus et cancellarius. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini 1081, Philippo rege Francorum sceptrum tenente.

M. B., 13 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

BURCARDUS ARCHIDIACONUS ETHA
CONSTANTIUS THESAURARIUS ETHA
GAUSBERTUS ARCHIDIACONUS ETHA
HENRICUS COMES COGNOMINATUS STEPHANUS ETHA
HUGO DECANUS ETHA
HUGO BARDULPHUS ETHA
HUGO DE VIASPERO ETHA
HUMBERTUS CAPELLANUS ETHA
JOSCELINUS ARCHIDIACONUS ET CANCELLARIUS ETHA
ODO CANTOR ETHA
PETRUS ARCHIDIACONUS ETHA
PHILIPPUS EPISCOPUS TRECENSIS ETHA
SANCTA MARIA DE CHARITATE ETHA
SEZANIENSIS ECCLESIA SANCTI JULIANI ETHA
VUIDO ARCHIDIACONUS ETHA

INDEX RERUM

archidiaconus ETHa
baptisterium ETHa
beneficium ETHa
cancellarius ETHa
cantor ETHa
capella ETHa
capellanus ETHa
clerus ETHa
concessio ETHa
cura animarum ETHa
decanus ETHa
denarius ETHa
dominium ETHa
ecclesia ETHa
ecclesia baptismalis ETHa
feodum presbyterorum ETHa
jus ETHa
multiplicare ETHa
nummus ETHa
parrochia ETHa
populus ETHa
presbyter ETHa
thesaurarius ETHa
tricenarius ETHa
villa ETHa
visitatio infirmorum ETHa

VEDETTE.

Don d'une église à un monastère.
Fief presbytéral.
Croissance démographique.

ARENGA.

Quoniam de rebus ambiguis saepe jurgium oriri solet.

# ETHb

1081 - 1085 . - [Sézanne].

Le comte Etienne-Henri, fils du consul Thibaud ler, donne à la Charité-sur-Loire l'église paroissiale de Saint-Julien de Sézanne avec le fief presbytéral, les oblations, les dîmes et les sépultures. Quatre ans plus tard, Hugues de Broyes, parvenu à l'âge adulte, confirme le don de son baillistre en déposant un couteau noir sur l'autel en présence de la comtesse Adèle.

A. Original, Arch. dép. Marne, 34 H 2/1
B. Copie de 1569, petit cartulaire de Saint-Julien de Sézanne, Arch. dép. Marne, 34 H 1/2, fol. 5.

a. N. Camuzat, Promptuarium sacrarum antiquitatum Tricassinae diocesis, 1610, fol. 372 r.v. - 373 r.
b. Gallia christiana, t. 12, 1770, inst. 254, no 11 (1081)
c. H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t.1, 1859, p. 499, no 60 (1085).
d. R. de Lespinasse, Cartulaire de la Charité-sur-Loire, 1887, p. 201, no 94.

IND.
H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t.1, p. 397.

C

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit tam futuris quam praesentibus, quod nobilis comes Stephanus Henricus, praeclarissimi consulis Theobaldi filius, non oblivioni tradens quod scriptum esse audierat, hoc est : Date elemosynam et omnia munda sunt vobis, et : Honora Dominum de tua substantia, et : Frange esurienti panem tuum, quodque de aedificatoribus

ecclesiarum audire consueverat : Qui donum Dei aedificat regnum Dei sibi praeparat, haec, ut diximus, in libro sui cordis sine atramento conscripta sentiens, pro salute animae suae parentumque suorum, quandam parrochialem ecclesiam in honore Sancti Juliani martyris, constructam in villa quae dicitur Sezania, cum omnibus rebus sanctae Dei ecclesiae pertinentibus, hoc est feodum presbyterorum, oblationes, decimas, sepulturas et ea quae praedecessores vel successores pro animabus eorum tam in terris quam in vineis dederant vel daturi erant, Sanctae Mariae de Charitate, quae est supra Ligerim, omnique conventui ibi regi Christo famulanti dono dare placuit. Quomodo vero haec donatio firmata sit, manifestandum est : Bartholomeus siquidem dominus Brecarum, miles famosissimus, qui et ipsam ecclesiam, quamvis injuste, tenebat (nam nemo laicus juste tenet), cum ex hac vita casu migraret, supradictus comes Stephanus Henricus ad regendum suscepit honorem quoadusque ipsius Bartholomei filius, qui orphanus et parvulus remanserat, ad virilem perveniret aetatem. Cumque ei reddi paternam haereditatem placeret, exhortatione et obsecratione comitis et multorum aliorum admonitione et maxime pro ejus animae redemptione et patris sui atque avi cognominis ejus (et ipse Bardulphus cognominatur) ipsam ecclesiam atque omnem donationem concessit et tradidit sicut et comes Henricus Stephanus fecerat, ut supra taxavimus. Nam ipse ultroneus in ipsam designatam ecclesiam ad altare accessit et donum, ut diximus, confirmavit, quendam nigrum cultellum monachali usui aptum super altare posuit, astante comitissa, uxore Stephani

comitis, et militibus ipsius juvenis faventibus et laudantibus, videlicet Nacherio, Leonio, Fulcone, Rolando filio Arduini et Hugone filio Germundi atque Hugone et fratribus de Belloforte. Unde etiam testes et confirmatores : Guiomundus, Stephani Henrici comitis dapifer, Ansoldus de Carnoto, Bartholomeus et frater ejus Radulphus de ipsa Sezania ac Arduinus selerarius et Guido de Pruvino et Philippus miles. Quapropter monachi ibidem Deo servientes ipsi Hugoni et omnibus, qui cum eo erant, societatem dederunt tam in orationibus quam in vigiliis atque elemosynis, quam societatem post eum ipso die et comitissae supradictae donaverunt. Fuit autem ista donatio facta anno ab incarnatione Domini MLXXXI, sed millesimo octuagesimo quinto firmata, Christo regnante in coelis, Philippo rege Francorum sceptrum tenente, Stephano Henrico supradicto sub patre suo Theobaldo consulatum suum optime regente et domino Girardo supradictae Sanctae Mariae Charitatis priore et fundatore loci, Philippo Trecensi episcopo existente et sancte strenuissime regente.

M. B., 13 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM

ADELA COMITISSA ETHB
ANSOLDUS DE CARNOTO ETHB
ARDUINUS SELERARIUS ETHB
BARTHOLOMEUS DOMINUS BRECARUM MILES ETHB
BARTHOLOMEUS DE SEZANIA, FRATER RADULPHI ETHB
BELLOFORTIS ETHB
FULCO MILES HUGONIS BARDULPHI ETHB
GIRARDUS SANCTAE MARIAE CHARITATIS PRIOR ET FUNDATOR ETHB
GUIDO DE PRUVINO ETHB
GUIOMUNDUS STEPHANI COMITIS DAPIFER ETHB
HUGO BARDULPHUS DOMINUS BRECARUM ETHB
HUGO BARDULPHUS AVUS HUGONIS BARDULPHI ETHB
HUGO FILIUS GERMUNDI MILES HUGONIS BARDULPHI ETHB
HUGO ETHB
LEONIUS MILES HUGONIS BARDULPHI ETHB
NACHERIUS MILES HUGONIS BARDULPHI ETHB
PHILIPPUS MILES ETHB
RODULPHUS DE SEZANIA FRATER BARTHOLOMEI ETHB
ROLANDUS, FILIUS ARDUINI, MILES HUGONIS BARDULPHI ETHB
SANCTA MARIA DE CHARITATE SUPRA LIGERIM ETHB
SANCTI JULIANI ECCLESIA DE SEZANIA ETHB
SEZANIA VILLA ETHB
STEPHANUS HENRICUS COMES ETHB
THEOBALDUS CONSUL ETHB

INDEX RERUM

altare ETHb
cognomen ETHb
consul ETHb
cultellus ETHb
dapifer ETHb
decima ETHb
donatio ETHb
ecclesia parrochialis ETHb
famosus ETHb
feodum presbiterorum ETHb
haereditas ETHb
honor ETHb
laicus EThb
miles ETHb
oblatio ETHb
prior ETHb
selerarius ETHb
sepultura ETHb
societas ETHb
terra ETHb
villa ETHb
vinea ETHb

VEDETTE.

Don d'une église paroissiale à un monastère.
Christ roi.

ARENGA.

Quod scriptum esse audierat : Date elemosynam et omnia munda sunt vobis et : Honora Dominum de tua substantia et : Frange esurienti panem tuum quodque de aedificatoribus ecclesiarum audire consueverat : Qui domum Dei aedificat, regnum Dei sibi preparat.

ETHc

1090 janvier 1.

Etienne, comte palatin, pour le prieuré de Coincy

B. Copie du XVIIème siècle, cartulaire du prieuré de Coincy, B. N., fr. 12021, fol. 8 v - 9 r v, " sur parchemin autrefois scellées ". (1098)

IND.
Gallia christiania, t. 9, 1751, col. 391 B (1090)
H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t. 2, 1860, p. 279, n 1 (1090).

Millésime inexact. L'indiction invite à dater le document du 1er janvier 1090. En 1098, en effet, Etienne-Henri se trouvait en Orient. Parti de Champagne en septembre 1096, il gagne Constantinople, Nicée et Antioche qu'il quitte le 2 juin 1098 pour rentrer en France.

B

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, ego Stephanus Dei gratia palatinus comes judicem sempiternum pro meis neglegentiis commissis cupiens in aliquibus placare ad remedium animae meae et uxoris, antecessorum etiam et successorum meorum, ecclesiae Conciacensi et fratribus inibi Deo servientibus concessi ut si quis ex militibus meis de beneficio meo pro salute animarum suarum Deo et ipsi ecclesiae vellent aliquid impertiri

M. B. , 16 mai 1988, Caltech.

ETHd

avant le 16 mars 1095.

Le comte Etienne, introduit dans la fraternité des moines de Saint-Remi de Reims, accorde à l'abbé Henri le droit de faire paître ses troupeaux entre Ecueil et Sacy.

A. Original perdu.
B. Copie du début du XIIIème siècle, cartulaire B de Saint-Remi, Arch. dép. Marne, Reims, H 1411, p. 124, no 138 (s. d.).

a. A. Duchesne, Histoire de la maison de Chastillon-sur-Marne, 1621, pr., p.21.
b. H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t.1, 1859, p. 508, no 69 (1090-1095), d'après a.

IND.
P. Varin, Archives administratives de la ville de Reims, t. 1, 1839, p. 243, no 70 (1090).
M. Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p. 236.

Cet acte, probablement postérieur à la mort de Thibaud ler (1089) est antérieur à la mort de l'abbé de Saint-Remi, Henri, le 16 mars 1095. Etienne-Henri se trouvait à Reims pour l'ordination épiscopale de son demi-frère Philippe, élu de Châlons-sur-Marne, avant le 14 juin 1095 (M. Prou, Recueil des actes de Philippe ler, p. , no ).

b

Notum sit tam praesentibus quam futuris quod abbas Sancti Remigii Henricus et omnes monachi dederunt comiti Stephano societatem et fraternitatem ecclesiae Sancti Remigii ut ibidem

comes Stephanus participationem habeat in sacrificiis divinis, in elemosinis et in orationibus eorum tanquam unus ex ipsis in vita sua et post mortem. Pro gratia et confirmatione hujus doni remisit idem comes Stephanus ecclesiae beati Remigii pascuam inter Esculium et Saceium, remisit, inquam, perpetualiter ecclesiae ejusdem beati Remigii sine omni exactione et occasione ministerialium ejus. Et ut ratum fieret, has litteras fieri jussit et sigillo suo corroborari. Testes sunt hujus rei : Walcherus de Castillione et Wermundus et Dudo capellanus et Bernericus de Castro-Theodorici.

M. B., 16 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

BERNERICUS DE CASTRO THEODERICI ETHD
DUDO CAPELLANUS ETHD
ESCULIUM ETHD
HENRICUS ABBAS SANCTI REMIGII ETHD
SACEIUM ETHD
SANCTI REMIGII REMENSIS ECCLESIA ETHD
STEPHANUS COMES ETHD
WALCHERUS DE CASTILLIONE ETHD
WERMUNDUS ETHD

INDEX RERUM.

abbas ETHd
capellanus ETHd
elemosina ETHd
exactio ETHd
fraternitas ETHd
ministerialis ETHd
oratio ETHd
participatio ETHd
pascuá ETHd
sacrificium divinum ETHd
societas ETHd

VEDETTE.

Don d'un droit d'usage à un monastère.
Fraternité accordée par des moines à un laïc.

ETHe

1095 octobre 28 . - [Hautvillers].

Le comte du palais Etienne, après consultation de sa belle-soeur Constance, femme de son frère Hugues, comte de Troyes, et en réponse à l'abbé Nocher qui lui demandait de créer une foire à Hautvillers, y crée seulement un marché le vendredi.

A.
B.

a. J. Mabillon, AA.SS.O.S.B., saec. IV, 2ème partie, p. 154.
b. Gallia christiana, t. 9, 1751, inst 32, no 28 (incomplet; il manque le paragraphe sur le marché).
c. R. H. G. F., t. 14, 1806, p. 89-90, ex libello Notcheri abbatis Altavillarensis, 1095, d'après a.
d. A. Manceaux, Histoire de l'abbaye et du village d'Hautvillers, t. 1, 1880, p. 324, 28 octobre 1098.

IND.

H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t. 2, 1860, p. 69 (confond foire et marché).
M. Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p. 299.

Nous éditons ce document parce qu'il spécifie que le comte Etienne, edicto legitimi banni mercatum sexta feria inibi fieri deinceps indixit. Le terme edictum semble désigner une charte ou ordonnance relative à la vente des denrées.

La décision du comte se trouve mentionnée dans une bulle du pape Pascal II du 9 mars 1102 : mercatum quoque adjacentis villae sicut a Stephano comite concessum est. (A. Manceaux, Histoire, p. 378).

<u>C</u>

Anno igitur humanati Verbi millesimo nonagesimo quinto, indictione quarto, anno autem tricesimo quinto regis Francorum Philippi, filii Henrici regis, duodecimo vero anno Raginoldi Remensis archiepiscopi, acta est Remis consecratio solemnis domni Philippi episcopi in Catalaunensi sede, fratris Stephani comitis palatini, ad quam canonice administrandam affuerunt Remensis dioceseos suffraganei, scilicet Hugo Suessionensis episcopus et Girardus Morinorum episcopus et Gervinus Ambianensis episcopus, inter quos, cum in praesentia archiepiscopi Raginoldi multa laude digna ecclesiastica sanctione auctorizarentur et quaedam neglecta corrigerentur, ego Notcherus, humilis Altivillarensium abbas, relationem feci ut revelatio corporis sanctae Helenae digna translatione fieret et dubitantibus Francigenis certae fidei testimonium appareret. Diu itaque, ut in tali negotio solet, sacerdotali reverentia consultum est et decretum apostolica auctoritate ut in superventuro festo apostolorum Simonis et Judae omnimodis transferretur....

Convenerant itaque ad vices archiepiscopi Hugo Suessionensis et Philippus Catalaunensis episcopus et inter hos etiam affuerunt magna normae monachalis luminaria, scilicet Burcardus abbas Sancti Basoli et Petrus abbas Orbacensis et Rodulfus abbas Sancti Theodorici et Humbertus abbas Sancti Petri de Monte Catalaunensi et Philippus abbas Resbacensis. Saecularis vero potentiae affuit Stephanus comes palatii et uxor ejus Adelaidis, filia Guillermi

regis Anglorum, et filia Philippi regis Francorum Constantia, uxor comitis Trecasinensis Hugonis, fratris ejusdem Stephani, et Dudo vicecomes Marogiensis et aliae innumerabiles personae satis spectabiles in suo genere, quas dicere supersedi...

Finita vero gratiarum actione, operae pretium rati sumus convenire Stephanum comitem palatii ut ipse vir patriciae dignitatis tale donum voveret tantae imperatrici quod non cederet honori. Ad hoc prudens, ut semper erat benivolus justae petitioni, requirit quid commodius sibi dari gauderet ecclesia. Et ut didicit quod in hoc res ecclesiae proficeret si publicis commeatuum mercimoniis nundinas banniret, communicato consilio cum uxore fratris sui Hugonis comitis Trecasinensis, Constantia, filia regis Francorum, et cum fratre Philippo Catalaunensis episcopo, qui jure patrimonii participes erant in comitatu, edicto legitimi banni mercatum sexta feria inibi fieri deinceps indixit, in hoc quoque sibi assentiente Dudone vicecomite Marogiense.

M. B., 17 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

ADELAIDIS FILIA GUILLERMI REGIS ANGLORUM ETHE
ALTIVILLARENSE MONASTERIUM ETHE
BURCARDUS ABBAS SANCTI BASOLI ETHE
CONSTANTIA FILIA PHILIPPI REGIS FRANCORUM ETHE
DUDO VICECOMES MAROGIENSIS ETHE
FRANCIGENUS ETHE
GERVINUS AMBIANENSIS EPISCOPUS ETHE
GIRARDUS MORINORUM EPISCOPUS ETHE
HELENA SANCTA IMPERATRIX ETHE
HUGO COMES TRICASINENSIS ETHE
HUGO SUESSIONENSIS EPISCOPUS ETHE
HUMBERTUS ABBAS SANCTI PETRI IN MONTE CATALAUNENSI ETHE
NOTCHERUS ABBAS ALTIVILLARENSIUM ETHE
PETRUS ABBAS ORBACENSIS ETHE
PHILIPPUS CATALAUNENSIS EPISCOPUS ETHE
PHILIPPUS ABBAS RESBACENSIS ETHE
RAGINOLDUS ARCHIEPISCOPUS REMENSIS ETHE
REMIS ETHE
RODULPHUS ABBAS SANCTI THEODERICII ETHE
STEPHANUS COMES PALATINUS = COMES PALATII ETHE

INDEX RERUM.

abbas ETHe
bannire ETHe
bannus ETHe
comitatus ETHe
consecratio ETHe
consilium ETHe
edictum ETHe
imperatrix ETHe
jus patrimonii ETHe
mercatus ETHe
nundinae ETHe
patricia dignitas ETHe
potentia saecularis ETHe
prudens vir ETHe
revelatio corporis ETHe
spectabilis persona ETHe
translatio ETHe
vicecomes ETHe

VEDETTE.

Création d'un marché.

ETHf

[vers 1095]

Le comte Etienne, de concert avec sa femme Adèle et son fils Guillaume, donne aux chanoines de Compiègne, à leur demande, toutes les coutumes qu'il possédait à Goussaincourt, sauf le tonlieu, à la condition que les habitants, dûment avertis, lui viennent en aide en cas de guerre.

a. E. Morel, Le cartulaire de Saint-Corneille de Compiègne, t. 1, 1904, p. 54, no 23 (vers 1095).

a

Notum sit Christi fidelibus universis tam presentibus quam futuris quod ego Stephanus comes et uxor mea Adela necnon filius meus Guillermus, clericorum sancte Compediensis ecclesie precibus pulsati ac de salute nostra dulciter humiliterque commoniti, ob remedium anime patris mei et matris mee animarumque nostrarum, omnes prorsus consuetudines, quas in Gozonicurte ejusque appendiciis habebamus, eidem ecclesie, excepto tantum theloneo, omnino clamus atque concedimus et quod nostri juris et potestatis erat in jus proprium et potestatem ipsius ecclesie firmiter ac perpetualiter transferimus, ita quidem ut, si aliquando bellum nobis ingruerit vel aliquis terram vi sive dolo offere voluerit, ville illius habitatores, si moniti fuerint, ad nos veniant atque id tanto tam atroci negotio nobis auxilium ferant. Hoc autem ut firmium et stabile permaneat, scripto commendavimus ac signo

majestatis nostri corroboravimus et ad testimonium veritatis eos qui nobiscum ibidem fuerunt et hoc audierunt significare volumus. Quorum hec sunt nomina : clericorum, Johannes cantor, Hezelinus, Rainardus, Fulco, Odo, Paganus, Hugo, Rainaldus; laicorum, Guermundus, Hubertus frater ejus, Girardus senex, Philippus de Treslort, Rotbertus camerarius, Paganus de Verzeio, Giradus de Venderia, Dudo. Alexander, capellanus, scripsit et subscripsit. S. Stephani comitis. S. comitisse Adele. S. Guillermi filii comitis.

M. B., 17 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

ADELA COMITISSA ETHF
ALEXANDER CAPELLANUS ETHF
COMPEDIENSIS ECCLESIA ETHF
DUDO LAICUS ETHF
FULCO CLERICUS ETHF
GIRARDUS SENEX LAICUS ETHF
GIRARDUS DE VENDERIA LAICUS ETHF
GOZONISCURTIS ETHF
GUERMUNDUS FRATER HUBERTI LAICUS ETHF
GUILLERMUS FILIUS COMITIS STEPHANI ETHF
HEZELINUS CLERICUS ETHF
HUBERTUS FRATER GUERMUNDI LAICUS ETHF
HUGO CLERICUS ETHF
JOHANNES CLERICUS ET CANTOR ETHF
ODO CLERICUS ETHF
PAGANUS DE VERZEIO LAICUS ETHF
PAGANUS CLERICUS ETHF
PHILIPPUS DE TRESLORT LAICUS ETHF
RAINALDUS CLERICUS ETHF
RAINARDUS CLERICUS ETHF
ROTBERTUS CAMERARIUS LAICUS ETHF
STEPHANUS COMES ETHF

INDEX RERUM.

auxilium ETHf
bellum ETHf
camerarius ETHf
cantor ETHf
capellanus ETHf
clericus ETHf
consuetudo ETHf
dolum ETHf
jus ETHf
laicus ETHf
majestas ETHf
potestas ETHf
theloneum ETHf
villa ETHf

VEDETTE.

Don de coutumes à un monastère.
Exercitus.
Tonlieu.

ETHg

1096 (avant septembre). - Soissons.

Hugues, évêque de Soissons, à la prière du roi Philippe ler, de l'abbé Isembard, du comte Etienne et de la comtesse Adèle, concède à Saint-Germain-des-Prés de Paris l'autel de Nogent-sur-Marne (Nogent-l'Artaud), réserve faite du droit de l'évêque et de l'archidiacre et moyennant le paiement de cinq sous à la saint Mathieu.

A. Original scellé, Arch. Nat., K 20, no 6 / 10.
B. Copie
C. Copie
D. Copie de 1488
E.

a. J. Mabillon, Annales O.S.B., t. 2, , p. 52.
b. Gallia christiana, t. 10, 1751, inst. 104, no 13, ex authentico.
c. Bouillart, Histoire de l'abbaye royale de Saint-Germain-des-Prés, , pr. 27.
d. R. Poupardin, Les chartes de Saint-Germain-des-Prés des origines au XIIIème siècle, t. 1, 1909, p. 114, no 70.

Le comte Etienne-Henri est parti pour la croisade en septembre 1096.

b

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Sapientum hoc consilio in consuetudinem venisse dinoscitur ut quaecumque decernendo firmam vellent obtinere stabilitatem, ea literarum et sigilli corroborata officio posterorum notitiae relinquerent. Hoc eodem igitur ductus consilio, ego Hugo, Dei gratia Suessorum

episcopus, hujus decreti nostri rationem hoc modo volui in futurorum cognitionem pervenire. Rogatus enim aliquando, immo multis precibus obsecratus a domino nostro rege Philippo atque a domno Isembardo Sancti Germani Parisiensis venerabili abbate, precibus quoque Stephani comitis et uxoris ejus Adelae inductus, eorum postulationibus quod dignum erat adquiescere statui. Quod ergo postulantibus firmiter et totius capituli consilio, concessimus, annuente unanimiter clero nostro, hoc est, videlicet ut ecclesia sancti Germani Parisienis altare de villa Novigento, quae sita est super Maternam fluvium, perpetualiter cum omnibus appenditiis possideat libere et absque personae interventione, salvo episcopi et archidiaconi jure, eo etiam tenore ut pro eodem altari sanctae Suessionensi ecclesiae in festivitate sancti Mattthaei apostoli singulis annis quinque solidi persolvantur aut, post eam diem, infra dies octo lege facta reddantur et minime perdantur. Hoc itaque a nobis constitutum, ne quis in posterum violare audeat, sub anathemate interdicimus atque etiam signi nostri ceterorumque necessariorum adstipulatione firmamus. Signum Hugonis Suessionensis episcopi. S. Fulconis archidiaconi. S. Lisiardi praepositi. S. Hugonis decani. S. Ingelranni archidiaconi. S. Petri archidiaconi. S. Ebali archidiaconi. S. Hugonis sacerdotis et Hugonis, Warneri, Odonis. S. Roberti diaconi et cantoris. S. Erchenaldi diaconi, Petri, Rainardi, Bernardi, Girardi. S. Tetbaldi subdiaconi, Ivonis, Ansoldi, Rainoldi, Guarneri, Giroldi. S. acolytorum Petri, Ansoldi, Ivonis, Hugonis, Walteri, Ingelranni. Signum domni Isembardi

abbatis. Monachorum Andrae, Rainaldi, Gisleberti, Radulfi, Letberti. Signum laicorum Hugonis Albi, Ascelini, Johannis coci, Hugonis, Odonis, Widonis, Warini, Ernaldi. Actum in urbe Suessonica anno dominicae incarnationis MXCVI, regnante rege Philippo. Ego Hugo sanctae Suessionensis ecclesiae cancellarius subscripsi.

M. B., 17 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

ADELA COMITISSA ETHG
ANDREAS MONACHUS ETHG
ANSOLDUS SUBDIACONUS ETHG
ANSOLDUS ACOLYTHUS ETHG
ASCELINUS LAICUS ETHG
BERNARDUS DIACONUS ETHG
EBALUS ARCHIDIACONUS ETHG
ERCHENALDUS DIACONUS ETHG
ERNALDUS LAICUS ETHG
FULCO ARCHIDIACONUS ETHG
GISLEBERTUS MONACHUS ETHG
GIRARDUS DIACONUS ETHG
GIROLDUS SUBDIACONUS ETHG
GUARNERUS SUBDIACONUS ETHG
HUGO EPISCOPUS SUESSORUM ETHG
HUGO ALBUS LAICUS ETHG
HUGO DECANUS ETHG
HUGO LAICUS ETHG
HUGO SACERDOS ETHG
HUGO ACOLYTHUS ETHG
HUGO ETHG
INGELRANNUS ARCHIDIACONUS ETHG
INGELRANNUS ACOLYTHUS ETHG
ISEMBARDUS ABBAS SANCTI GERMANI ETHG
IVO ACOLYTHUS ETHG
IVO SUBDIACONUS ETHG
JOHANNES COCUS LAICUS ETHG
LISIARDUS PRAEPOSITUS ETHG
LETBERTUS MONACHUS ETHG
NOVIGENTUM SUPER MATERNAM FLUVIUM ETHG
ODO LAICUS ETHG
ODO SACERDOS ETHG
PETRUS ARCHIDIACONUS ETHG
PETRUS ACOLYTHUS ETHG
PETRUS DIACONUS ETHG
PHILIPPUS REX ETHG
RADULPHUS MONACHUS ETHG
RAINALDUS MONACHUS ETHG
RAINARDUS DIACONUS ETHG
RAINOLDUS SUBDIACONUS ETHG
ROBERTUS DIACONUS ET CANTOR ETHG
SANCTI GERMANI PARISIENSIS ECCLESIA ETHG
STEPHANUS COMES ETHG
SUESSIONICA URBS ETHG
TETBALDUS SUBDIACONUS ETHG
WALTERUS ACOLYTHUS ETHG
WARINUS LAICUS ETHG
WARNERUS SACERDOS ETHG
WIDO LAICUS ETHG

INDEX RERUM.

acolythus ETHg
altare ETHg
archidiaconus ETHg
cancellarius ETHg
cantor ETHg
clerus ETHg
consilium ETHg
decanus EThg
diaconus ETHg
jus ETHg
laicus ETHg
lex ETHg
monachus ETHg
persona ETHg
praepositus ETHg
sacerdos ETHg
solidus ETHg
subdiaconus ETHg
urbs ETHg
villa ETHg

VEDETTE.

Don d'un autel à un monastère.

ARENGA.

Sapientium hoc consilio in consuetudinem venisse dinoscitur ut quaecumque decernendo firmam vellent obtinere stabilitatem, ea literarum et sigilli corroborata officio posterorum notitiae relinquerent.

ETHh

[1096] . - [Chartres].

Lettre d'Yves, évêque de Chartres au comte palatin Etienne l'informant - in fine - qu'il ne peut aller à Meaux lui prêter le serment de sécurité qu'il lui doit à Chartres.

a. R. H. G. F., t. 15, 18 , p. 86-87, no 27 (epist. 49) 1096.
b. J. P. Migne, Patrologie latine, t. 162, 18 , col. 60.
c. J. Leclercq, Correspondance d'Yves de Chartres, t. 1, 1949, p. 197, no 49 (1096).

Le comte Etienne-Henri paraît avoir passé les années 1095 et 1096 dans ses possessions champenoises et briardes.

a

Mansuetudinem vestram adversum me amaricatam non sufficienter admiror, qui personam vestram laesisse vel principatus vestri jus legitimum in nullo me minuisse arbitror. Quod tamen si aliqua subreptione fecissem, familiaribus colloquiis ut errorem meum corrigerem, fueram admonendus aut demum ad jus congruis locis et temporibus invitandus, non verbis indignantibus et minacibus exasperandus. Cum ergo nihil horum praecesserit, cognoscat strenuitas vestra quam subito in amicum insurrexerit et compescat indignationem suam : qui sic parati

sumus vestrae parere amicitiae ut tamen ministerium nostrum honorificemus satisfaciendo justitiae. Quod enim a claustro canonicorum omnis saecularis potestas sit eliminata, jamdiu ante tempora patrum vestrorum et regum decretis est cautum et ecclesiasticis sanctionibus multimode roboratum et ad usque tempora Gaufridi exepiscopi sine ulla interruptione conservatum. Quod ergo ecclesia tam liberaliter in primis obtinuit quod tam multis temporibus quiete possedit, putatis unius hominis levitate vel perversitate a jure ecclesiae posse auferri et sine multa discussione, sine judiciali diffinitione, in alienum jus posse transferri. Redeat ergo ad se mansuetudo vestra et acquiescat verbis sapientiae dicentis :" Ne transgrediaris terminos antiquos, terminos quos posuerunt patres tui ". Quos quicumque praesumpserit adversus ecclesiam parvitati meae commissam transcendere, parati sumus pro potestate nobis a Deo collata usque damna rerum, usque ad exilium contradicendo resistere et gladio Sancti Spiritus usque ad dignam satisfactionem persequendo ferire. Hic gladius penetrat turres, dejicit propugnacula et omnem altitudinem adversus humilitatem Christi de erigentem et haereditatem, quam sibi suo sanguine acquisivit, injuste pervadentem. Hic gladius in egestate fortior est, in exilio non frangitur, carcere non alligatur, juxta illud Apostoli :" Verbum Dei non est alligatum ". Quod si nos cum hoc gladio non timetis, timete Deum in nobis, cujus fungimur legatione, licet indigni, cujus sacramentorum dispensatores sumus, dicente Domino per prophetam : " Nolite tangere christos meos et in prophetis meis

nolite malignari ". Habet enim legitimus principatus ecclesiarum quieti providere, non ecclesiarum quietem perturbare, sua dare, non suis spoliare, quatinus ecclesia Deum pro principibus et potestatibus orans, non cum disceptatione hoc faciat, sed cum pietate. De caetero, de securitate pro qua me invitatis ut eam vobis Meldis facerem, non est mihi consilium ut eam vobis alibi faciam, nisi in civitate pro qua vobis eam debeo. Nec decet tam rectae opinionis hominem ut aliquid a me exigatis contra consuetudinem, propter suscitandi odii occasionem. Non enim adeo sum cupidus aut timidus ut me vel hoc vel illud ducat in aliud quam habet ratio et consuetudo. Ego enim, perquisitis ecclesiae scriptis, consultis etiam antiquioribus ecclesiae clericis, nullo modo invenire potui aliquem antecessorum meorum, canonice promotum , hanc securitatem fecisse antecessoribus vestris, nisi in civitate. Valete et Deus pacis sit vobiscum.

M. B., 17 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

GAUFRIDUS EPISCOPUS ETHH
IVO MINISTER CARNOTENSIS ETHH
MELDIS CIVITAS ETHH
STEPHANUS PALATINUS COMES ETHH

INDEX RERUM. (réduit à la partie relative au serment et à l'introduction).

civitas ETHh
clericus ETHh
consilium ETHh
consuetudo ETHh
jus legitimum ETHh
justitia ETHh
minister ETHh
ministerium ETHh
principatus ETHh
securitas ETHh
scriptum ETHh

VEDETTE.

Serment de sécurité du par un évêque au comte.

ETHi

[1096, avant septembre] . - [Provins].

Lors de la translation des reliques de saint Ayoul, du tombeau, où les avait placées l'archevêque Seguin, dans une chasse d'argent, le comte Etienne, avec l'accord de sa femme Adèle, cède au prieuré de Saint-Ayoul de Provins, qui la veille avait reçu du seigneur Engenoul la moitié de la foire, un troisième quart, se réservant le quart restant et le conduit. ( présomption d'acte).

A. B. N., lat. 11755, fol. 6 v - 8.
B. Miracula sancti Aygulphi auctore anonymo, <u>AA.SS.</u>, sept., 1, , p. 758 (1089 - 1102).
C. J. Mabillon, <u>AA. SS.O.S.B.</u>, t. 2, , p. 667.

a. H. d'Arbois de Jubainville, <u>Histoire des ducs et des comtes de Champagne</u>, t. 1, 1859, p. 462, no 29 ( 996-999).
b. J. Godefroy, L'histoire du prieuré Saint-Ayoul de Provins et le récit des miracles du saint, <u>Revue Mabillon</u>, t. 28, 1938, p. 120.
c. A. de Maillé, <u>Provins, les monuments religieux</u>, 1939, p. 29, no 2.

<u>IND</u>.
M. Bur, <u>La formation du comté de Champagne</u>, 1977, p. 296.

J. Godefroy a montré que la translation des reliques de saint Ayoul par l'archevêque Seguin le 29 février 996 (selon F. Lot, <u>Etudes sur le règne d'Hugues Capet</u>, p. 408) devait être distinguée de celle qui eut lieu au temps du comte Etienne-Henri et de sa femme Adèle d'Angleterre entre 1084 et 1100, vraisemblablement pour le centenaire de la première, en 1096 (avant septembre, date du départ d'Etienne-Henri pour l'Orient). Cela retarde d'autant la plus ancienne mention de la foire de Provins. Cette place, " comitis Stephani celebre castellum ", comme l'écrit Lambert d'Arras le 6 novembre 1095 (J. P. Migne, <u>Patrologie latine</u>, t. 151, epist, col 429) faisait partie du douaire de la comtesse Adèle, que son mari consulte avant de faire sa donation. L'habitude d'asseoir le douaire des comtesses

sur le Provinois paraît remonter au temps de Liégeard, fille d'Herbert II de Vermandois, qui apporta ce pagus en dot à son époux Thibaud le Tricheur, comte de Blois, en 943 -46. La mère de Thibaud possédait elle-même de grands biens dans la région comme le montre la charte de ce recueil no .

Les Angenoust ou Engenoul sont des notables provinois connus par les chartes de la fin du XIème siècle. (M. Bur, La formation du comté de Champagne, p. 243 et 432).

C

Praeteritis temporibus saepe contigisse cognovimus nec non et in nostris frequenter evenire probavimus multa, quae digna essent memoria et relatione, per incuriam seu quorumdam desidiam ad nihilum redacta fuisse. Sed quidquid de quibusdam aliis evenire soleat, vita tamen sanctorum insignis et miracula gloriosa nequaquam oblivionis taciturnitate debent operiri, sed ad notitiam et corroborationem fidelium litteris consignata in publicum decernimus proferenda. Quapropter ego, licet infimus omnium litterarum scientia et exercitio, non altus ingenio, quoddam insigne miraculum beatissimi Aigulphi martyris ad laudem Dei et augmentum fidei catholicae vestris auribus praesumo intimare. Postquam enim sanctissimum corpus Aigulphi martyris divinitus revelatum et inventum fuit, per manus archiepicopi Senonensis, Seubini nomine, in quodam loco transpositum est, de caemento et lapidibus composito, quousque argenteum vas praeparatum esset, in quo beati viri corpus translatum quiesceret.

Praeparato autem illo vase argenteo, enunciatus ac demonstratus est dies, in quo tanti viri translatio fieret, ad

quam totius populus regionis conveniret. Adveniente vero illo die et congregato hujus regionis populo necnon et Stephano comite et Ala comitissa conjuge sua cum multa principum multitudine, in quoddam pratum monachi hujus ecclesiae gloriosum martyris corpus detulere.

Finito autem sermone ad populum, praeparaverant se viri religiosi ad deponendum in vase argenteo corpus sanctissimum. Dum autem membra tanti martyris in capsa praeparata digna veneratione reponuntur cum hymnis et laudibus, ecce allatus fuit quidam debilis inpraesentiarum et originaliter contractus, tota membrorum compage destitutus, naturalis indigena hujus villae, Stephanus Rundellus cognomine. Non enim poterat iste contractus oculos ad caelum erigere, solis manibus et genibus, ut poterat, incedens, talaribus fixis in natibus, nec nisi per alicujus auxilium se movere poterat. Iste debilis vocibus immensis auxilium martyris reclamare coepit, dicens : " Sanctus Aigulphe, martyr Christi gloriose, adesto meis precibus pius ac propitius et da mihi sanitatem in corpore ". Exaudivit Deus omnipotens vocem ejus, martyris sui merita declarare volens. Coeperunt membra aegroti crepitare et sonitum magnum dare, nec mora, praeveniente Dei gratia et martyris subsequentibus meritis, omnis compago membrorum, quae prius dissoluta fuerat, videntibus cunctis, sanitatem recepit et, quasi nullam antea corporis debilitatem sensisset, sanus et incolumis surrexit. Ille vero sanus factus, junctis manibus sancti Aigulphi servus efficitur.

Restituta itaque sanitate integra illi, gratulatur valde

plebs fidelium, quae ad diem festum ejus translationis advenerat et omnipotentis Dei magnalia vocibus excelsis collaudat. Comes autem Stephanus, sumpto consilio cum comitissa et cum quibusdam viris boni testimonii, qui et familiares erant et consilarii, sciens quia medietatem feriae domnus Eugenulphus pridie dederat ecclesiae, ipse medietatem medietatis suae, quam tenebat, laudante comitissa, concessit et confirmavit jure perpetuo possidendam ecclesiae beati Aigulphi et servitoribus ejus. Sic quidem tres partes feriae habet ecclesia et comes quartem partem sibi retinuit et conductum, ut per hoc fortiores essent partes ecclesiae.

Compositis et honorifice collocatis reliquiis gloriosi martyris, monachi revertuntur laudantes et glorificantes Deum, qui mirabilis est in sanctis suis et gloriosus per infinita saecula saeculorum. Amen.

M. B., 17 mai 1988, Caltech.

<u>INDEX NOMINUM</u>.

AIGULPHUS SANCTUS ETHI
ALA COMITISSA ETHI
ENGENULPHUS DOMINUS ETHI
SANCTI AIGULPHI ECCLESIA ETHI
SEUBINUS ARCHIEPISCOPUS ETHI
STEPHANUS COMES ETHI
STEPHANUS RONDELLUS ETHI

<u>INDEX RERUM</u>.

auxilium ETHi
bonus vir ETHi
conductus ETHi
consiliarius ETHi
consilium ETHi
dominus ETHi
ecclesia ETHi
familiaris ETHi
feria ETHi
indigena ETHi
princeps ETHi
regio ETHi
sermo ETHi
servitor ETHi
servus ETHi
translatio ETHi
villa ETHi

<u>VEDETTE</u>.

Don de revenus commerciaux à un monastère.
Foire de Provins.

ETHj

[1096, avant septembre . - Coulommiers]

Le comte Etienne, fils et héritier du comte palatin Thibaud, de concert avec sa femme Adèle, fille du duc de Normandie-roi d'Angleterre Guillaume, se trouvant à Coulommiers en train de préparer son voyage à Jérusalem, donne à Marmoutier, nécropole de ses aïeux que son père a voulu conserver quand il a cédé au comte d'Anjou Geoffroy Martel la cité de Tours, une part de son alleu de Silva Lonnia, pour son salut, le salut de ses ancêtres et de ses descendants et afin que saint Martin le fasse revenir sain et sauf et garde en son absence sa femme et ses enfants.

a. J. Mabillon, Annales O. S. B., t. 5, , p. 656-657.
b. H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t. 1, 1859, p. 510, no 72 (1096).

b

In nomine summae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Stephanus comes, Tetbaldi incliti comitis palatini filius atque haeres, una cum uxore mea Adela nomine, illustris Anglorum regis et Normannorum ducis nobilissimi Willelmi filia, universos ecclesiae sanctae fideles, tam futuros quam praesentes, scire volumus qualiter fecerimus eleemosynam quamdam beato Martino Majoris Monasterii et monachis ejus, ubi comes Odo, avus meus, et frater ejus Hugo, Biturigensis archiepiscopus, et eorum mater humati jacent, et quod post eversionem a Danis factam exstructum et, amotis canonicis, facultatibus suis auctum, monastico ordini, qui ab initio

antiquitus a tempore beati Martini ibi fuerat, restituerunt abbatemque Willebertum nomine posuerunt a sancto Maiolo sibi de Cluniaco datum. Quorum sequens vestigia, pater meus, tam pro reverentia et amore gloriosi confessoris Christi Martini quam pro religione inhabitantium monachorum, eamdem abbatiam de substantia sua honoravit admodum et augmentavit et, quia pater suus apud eam sepultus erat, in tantum caram habuit ut, cum totam Turonicam cum civitate ipsa traderet Andecavorum comiti Gaufredo Martello qui eum ceperat, in redemptionem sui, ipsam tamen, id est abbatiam Majoris Monasterii nominatim exciperet atque sibi in proprio dominio retineret, quam et ego hactenus, etsi non ut debui, assidue tutatus sum atque juvi, non multum tamen graviter offendere curavi nec valde molestus fui. Mortuo denique patre meo, timens ego eum minus honorando vel minus ei parendo, meipsum, quoad vix erat, offendisse, cum saepius inde conquererer et cum praefata conjuge et amicis et familiaribus meis plerumque inde loquerer, tandem post annos circiter sex accersivi duos quosdam jamdiciti monasterii familiares meos, Bernardum scilicet cognomento Flagellum et Gausbertum Ludovici, qui mihi solebant frequenter suadere ut Majori Monasterio facerem aliquid eleemosynae pro anima patris mei, sicut fecerant antecessores mei. Tempore autem illo eram apud castrum quod Columbarium vocatur, una cum praefata conjuge mea, volensque ire in Jerusalem cum exercitu Christianorum contra paganos jussu papae Romani, Urbani scilicet secundi, euntium, parabam quae necessaria erant itineri meo. Venerunt itaque monachi ad me, sicut mandaveram,

per quos dedi Deo et patrono meo beato Martino monachisque Majoris Monasterii, pro anima Tetbaldi patris mei praecipue et deinde pro animabus mea et Adelae uxoris meae, non solum assensu ejus et ammonitione sed etiam prece, pro animabus quoque parentum et antecessorum filiorumque sed et successorum nostrorum, et ut Deus, interventu beati Martini et monachorum ejus, indulgeret mihi quicquid in se deliqueram et in patrem meum sanumque me et incolumen duceret et reduceret per iter memoratum atque Adelam saepedictam, conjugem meam, liberosque nostros custodiret, quamdam partem cujusdam alodii nostri, id est bosci qui Silva Lonnia dicitur, ad omni prorsus consuetudine solutissimam atque liberrimam.

Praecepi quoque ipsi conjugi meae, quae remanebat, ut ipsam partem faceret determinari ac metiri per manum cujusdam praepositi nostri, Willelmi scilicet de Villariis, cui ego ipse jam illud idem praeceperam, limitesque poni undique faceret et sic eam monachis traderet, ne quis videlicet inde quicquam ipsis ullomodo minuere vel demere umquam posset. Augere eam liceat cuicumque successorum nostrorum Deus hoc inspiraverit. Infra terminos igitur illos ac limites nullus unquam aliquid violentiae cuilibet inferre audeat vel manum mittere in ullam rem gratia nocendi vel extorquendi quippiam vel etiam surripiendi praesumat, sed omnium rerum, quae inibi quocumque modo fuerint, consuetudines, reddibitiones, forisfacturae, justitiae, vicariae, districturae, exactiones, emendationes, leges, sint in aeternum beati Martini Majoris Monasterii et monachorum ejus. Atque ut

omnia breviter concludantur, sic liberum ac solidum habeat deinceps ipsum locum sicut antecessores nostri et nos temporibus retroactis habueramus eum. Insuper etiam nihil ibidem nobis, nihil forestario et secretario ulli, nihil ulli officialium nostrorum sive ministrorum, nihil denique ulli cuicumque mortalium reservamus aut habendum permittimus. Eleemosynam quippe nostram volumus esse liberrimam. Hoc enim solummodo habet homo ex universis facultatibus et possessionibus suis quod inde Christo per manus pauperum suorum tribuerit, ipso enim dicente : centuplum illud recipiet et vitam aeternam possidebit. Est autem locus ipse inter castrum, quod vocatur Fractavallis, et Frigidum Mantellum, juxta fluvium qui Leda nuncupatur.

Rogavimus deinde saepedictos monachos ut locum ipsum faciant aedificari, quamquam non videatur admodum competens atque uber sive utilis. Quod ut libentius faciant, damus eis et concedimus, tam ad opus fratrum suorum, quos ibidem voluerint habitare, quam ad opus omnium hospitum suorum inter praefatos terminos habitaturorum, et de alia foreste quam nobis retinemus, quantumcumque semper inde voluerint et ad ardendum et ad aedificandum et ad omnes caeteros usus suos, excepto quod nihil inde vendant. Si qui vero eorumdem hospitum fuerint carpentarii, dent forestagium tantummodo forestariis nostris et inde operentur atque vendant, quantum opus eis fuerit. Qui omnes hospites per totam terram nostram sint ab omni consuetudine liberrimi. Si quis autem illorum nobis aut ministris nostris unquam aliquid forisfecerit alicubi, nullus audeat in eum mittere manum, sed

faciant inde clamorem monachis. Qui si fecerint eis inde justitiam, benigne suscipiant eam, sin autem, differatur causa donec in praesentia nostra examinetur, sicut nobis competens videbitur agendum de eleemosyna nostra. Habeant etiam gratis tam monachi inibi habitantes quam omnes ejusdem terrae hospites universis pecoribus et bestiis suis per totam forestem, quam nobis retinemus, pascuas, ubicumque eis placuerit, sine reddibitione ullius consuetudinis et absque ullius hominis contradictione vel alicujus rei exactione. Tempore quoque pastionis mittant ipsi monachi porcos suos in forestem illam nostram et nullum pasnagium inde reddant, sed insuper pasnagium de omnibus porcis suorum hospitum ipsimet habeant. De extraneorum vero porcis, qui in terra sua illa jacuerint et in pastionem nostram concurrerint, nos et ministri nostri habebimus pasnagium. Porci vero silvestres et cervi et quaecumque ferae hujusmodi, quae infra memoratos captae fuerint terminos, monachorum sint. Omnia haec illis ideo ego Stephanus comes et uxor mea Adela comitissa damus ut et in hac vita et post mortem precibus eorum adjuvari apud Deum mereamur et tanto copiosior merces sit inde nobis quanto locus ille melius fuerit aedificatus.

Post discessum itaque viri mei Stephani comitis in Jerusalem, ut dictum est, euntis, ego Adela comitissa, praecepti ejus non oblita, saepedictam partem bosci memorati, id est Silvae Lonniae, feci determinari, prout ipse mihi imperaverat, et metiri per manum Willelmi de Willariis, cui ipsemet idem praeceperat, fecique limites undique poni atque tradidi eam praefatis monachis

Majoris Monasterii, sicut dictum est superius, omnino solutissimam atque liberrimam a consuetudine prorsus omni. Unde et praesentem cartam sive praeceptum tuitionis, gratiae immunitatisque, impressione sigilli mei ex auctoritate viri mei atque mea sigillatum, et assensu liberorum nostrorum + . . . . . in praesentia testium circumstantium, quorum nomina subscribuntur, dominicae crucis impressione + propriis manibus facta, roboratum et auctorizatum, ipsis, id est monachis Majoris Monasterii, tradidi. Testium vero nomina haec sunt:

++ Hugo de Basochis. Godefredus dapiter. Herbertus de Castillione. Butardus de Lisi. Gelduinus de Magduno. Hugo de Leugis. Herveus Belonus. Archembaldus Pejorlupo. Gaufredus Burellus. Paganus Burellus. Theodericus de Avaziaco. Hugo Rudillus. Hainricus Rufus. Rotbertus de Villariis. Gosbertus Beveros. Landricus de Papia. Emmauricus de Mediovico. Lisvius Panis paratus. Erlencus Belonus. Hugo Gubillus. Hugo magister panetarius. Guastho de Sezana. Walterius de Castroduno. Burdinus coquus. Guenencus vigerius. Hainricus portarius. Hugo de Lachi. Fulcherius decanus. Herveus de Losduno. Engelbaldus Sancti Martini homo. Hugo de Castello Theoderici. Rainaldus de Sezana. Hos omnes testes descripsit scriba Johannes. Ad hanc cartam fingendam fuerunt monachi tres : Bernardus monachus, cognomento Flagellum. Adelenus de Pontivo monachus. Goffredus monachus.

M. B., 17 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM

ADELA COMITISSA ETHJ
ADELENUS DE PONTIVO MONACHUS ETHJ
ARCHEMBALDUS PEJORLUPO ETHJ
BERNARDUS FLAGELLUS MONACHUS ETHJ
BURDINUS COQUUS ETHJ
BUTARDUS DE LISI ETHJ
CLUNIACUM ETHJ
COLUMBARIUM CASTRUM ETHJ
DANI ETHJ
EMMAURICUS DE MEDIOVICO ETHJ
ENGELBALDUS SANCTI MARTINI HOMO ETHJ
ERLENCUS BELONUS ETHJ
FRACTAVALLIS CASTRUM ETHJ
FRIGIDUM MANTELLUM ETHJ
FULCHERIUS DECANUS ETHJ
GAUFREDUS MARTELLUS COMES ANDECAVORUM ETHJ
